

**Sed etiam vitam omnibus acquirere, vel etiam vitam suam pro iu-**  
**ponere contendit Joh. X, 11. & proprio sanguine tales acquisivit,**  
**vel redemit Act. XX, 28. sanguine nimisrum testamenti Hebr. XIII,**  
**20. adeoque vitam iis comparavit, eamque vere conservavit,**  
**& adhuc conservat, & ab omnibus hostilibus incursionibus**  
**tuetur.** (6) Ob Principale Pastoratus exercitium, quia non est  
mercenarius, sed ut proprias oves acquisivit, ut proprias oves du-  
cit, ut proprias oves pascit, ut proprias oves educit, & reducit, ut  
proprias oves custodit &c. Job. X, 3. 4. & seqq. (7) Ob Principale  
Pastoratus beneficium, quia cunctæ Spirituales oves per eum in-  
grediuntur, & egrediuntur, & pascua inveniunt, v. g. per hunc Pa-  
storem vitam oves habent, & corporalem, & spiritualem, & eternalem,  
& omnem vel abundantiam, vel sufficientiam, das leben/ und al-  
les Gnügen / τὸ οἰκτόνον v. 10. (8) Ob Principale Pastoratus mi-  
nisterium, vel imperium, quia, tanquam Αρχιτοιμής, omnes alios  
ministeriales Pastores mittit, & emittit, simul ipsum ostium eis  
ponit, quibus officiarius aperiat, ut oves vocem eorum audiant,  
easque nominaliter vocent, & educant, & ante oves emissas va-  
clant, & oves illos sequantur, quia sciunt vocem eorum v. 3. 4.  
sic enim inquit v. g. Ego sum ostium ovium, quotquot ante me ve-  
nerunt, fures & latrones fuerunt; sed non audiverunt eos oves: Ego  
sum ostium, per me si quis introjerit, salvabitur: & ingredietur, &  
egredietur, & pascua inveniet. [9] Ob Principale Pastoratus praesi-  
dium, quia semper est Pastor vigil, & custos Israelis, Psal. CXXI,  
3. 4. ubi David bis hoc insuleat: Non dormitabit, qui custodit te:  
Ecce non dormitabit, neque dormiet, qui custodit Israel: Sic ergo  
Praeses iste perpetuus est, vigil atque custos. (10) Ob Principale  
Pastoratus privilegium, quæ privilegia tot ac tanta sunt, ut ne-  
que numerari, nec estimari queant. Confer. Psalm. XXIII, 1.  
seqq. XXC, 1. seq. Ezech. dd. II.

25. Causam materialē exhibet immarcescibile gloria corona,  
quæ certe plurima non tantum, sed etiam maxima mysteria,  
notatu dignissima nobis offerret, si modo justam Commentatio-  
mem de hac corona conscribere possemus. Hac vice brevi-  
tatis causa tantummodo notabimus, (1) Corona Quidditatēm,  
(2) Ce-